



§. LXXX.

Percipe Sodes ! sic commercium animæ, & corporis explicamus, sed hanc explicationem neutiquam pro certitudine, thesi, aut verisimiliori sententia, sed pro mera dumtaxat hypothese, ac opinione venditamus. Si enim interrogemur, quænam denique certa, genuina, aut verisimilior causa mutui animam inter, ac corpus commercij sit? Candide fatemur, eam nos penitus ignorare. Sed veniet tempus, quo ista quæ nunc latent, in lucem dies extrahat, & longioris ævi diligentia: ad inquisitionem tantorum ætas una non sufficit.

seMper Deo Consecrata LaVs sIt
hls In terrls.

